



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Pretiosae Occvpationes Morientivm In Societate Iesv**

**Nádasi, János**

**Romae, 1657**

Protestatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45415**

*Protestatio*

**I**Vxta decretum Urbani VIII. Pont. 13.  
Martij anno 1625. editum, et confirmatum 5.Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui sanctitate, seu Martyrij fama celebres è vita migrauerunt, gesta, miracula, vel reuelationes, seu quæcumque beneficia, tamquam eorum intercessionibus à Deo accepta, continentes, sine recognitione, atq; approbatione Ordinarij, et quæ hactenus sine ea impressa sunt, nullo modo vult censeri approbata. Quæ idem 5.Iunij 1631. ita explicuit, vt non admittantur Elogia Sancti, vel Beati absolute, et quæ cadunt super personam, benè tamen ea, quæ cadunt super mores, et opinionem, cum protestatione in principio, quod ijs nulla adsit auctoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantum sit penes Autorem. Iuxta hæc obedienter profiteor me haud alio sensu, quicquid in hoc libro refero, accipere aut accipi velle, quam quo ea solent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem diuina Ecclesiæ, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur, ijs tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adscripsit.

IOANNES NADASI SOC. IESV.

A. M. D. G.